



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Rigobertus Archiepiscopus Rhemensis 4. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

De S. Fulgentio. 1. Ianuarij.

Cofstan-
sianani-
osi.

Absti-
nentia
vigor.

tibus nihil labefactatus Fulgentij animus, præclarissimum virtutis specimen, & futuræ constantiæ omen est consecutus. Mater tandem vieta tædio, cum saepius ad easdem insidias reuersa operam luderet, domum concessit. Atque deinceps B. Fulgentius abstinentiæ semet rigore mirabiliter macerans, sine vino & oleo vicitabat, adeo parcè ac tenuiter, vt inediæ magnitudo siccata corporis cutem fatiscere diuersis ulceribus cogeret, & superducta impetigine delicati corporis pulchritudo fœdaretur. Vnde nonnulli verebantur, ne aut occasione aduersæ valetudinis à proposito sanctitatis descisceret, aut in seruanda communis regulæ parsimonia remissior saltem euaderet. Ille vero diuina ope excitatus, ex infirmitate corporis ampliores animi vires capiebat, adeoq; tanto abstinentior factus, quanto debilior, de æterna salute iugiter cogitabat: salutem vero corporis Dei arbitrio committebat. Cumque tali pietatis exercitatione viam sibi ad immortalitatem strauisset, ob præclara vitæ merita Ruspēsis Ecclesiæ gubernaculis admouetur, multisq; clarus miraculis ad cælestem quā in terramulabatur vitam feliciter emigravit.

PVERITIA S. RIGOBERTI RHEMORUM Archiepiscopi 4. Ianuarij.

apud L. Sur. Tom. I.

*T*Emporibus Childeberti, Dagoberti & Chilperici Regum Franciæ floruit B. Rigobertus, quem nonnulli Robertum vocant. Traxit ille

ille originem è spectabili prosapia, in regione
quam Ribariorum vocant, patre Constantino,
matre è Francorum gente. Vicit porro S. Rigo-
bertus generis sui nobilitatem inclytæ virtutis
gloria, dum intra pueritiae annos omnes sanctita-
tis numeros pulcherrimè impleuit. A puero *Magna*
quippe totum se cælestibus studijs & disciplinis *Laus pue-*
mancipauit: castitatem integerrimè coluit: ora-
ritia. apprime fuit intentus: vigilijs atq; abstinen-
tiæ rigore effrenes cupiditatum impetus calea-
uit: Erat adhæc sermone verax, humanitate con-
spicuus, sapientia illustris, consilio prudens, iu-
stitiæ tenax, charitate feruidus omniq; morum
honestate venerabilis. Vnde factum est, vt ijs
virtutum ornamentis instructus, breui ad perfe-
ctionis apicem pertingeret, & vt erat diuinitus
præordinatum Pontificis dignitate afficeretur.

EX VITA S. EDVARDI REGIS AN.
glorum s. Ianuarij Sur. Tom. I.

Difficillimis Angliæ temporibus & labenti
regno natus Eduardus, viuebat in auita do-
mo inter pueros puer. Immunis tamen à vitijs, *Casti-*
quibus ætas illa solet implicari. Castus erat cor-
pore, sermone rarus, simplex actu & purus affe-
ctu. Frequentare ecclesiam dulce habuit, crebri. *Integero*
Eduar-
us orationibus incumbere, facris Missarum inter-
esse solennijs, visitandis monasterijs operam da-
re, & quos sanctiores sciebat monachos sibi ami-
citia iungere gaudebat. Posteaquam vero Dani-
æ gentis crudelitas Angliæ regnum hostiligla-

A 4 die